Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



IOHAN

Et dicebat eis. Vos de deorsum estis.
Ego de supernis sum. Vos de hoc mundo
estis. ego non sum de hoc mundo. Dixi
ergo vobis quia morientur in peccatis
vestris. Si enim non credideritis quia
ego sum morientur in peccatis vestris.
Dicebant ergo illi. Tu quis
es. Dixit eis iheSus. Principium
qui et loquor vobis. Multa habeo de vo
bis loqui et iudicare. Sed qui misit
me verax est. Et ego ea que audi
vi ab eo hec loquor in mundo. Et
non cognoverunt quia patrem eius
dicebat deum. Dixit ergo eis ihe
sus. Cum exaltaveritis filium homi
nis tunc cognoscetis quia ego sum et
a me ipso michi facio. sed sicut docuit
me pater sic loquor. Et qui misit
me mecum est. et non reliquit me
solum. quia que placita sunt ei
facio semper. Hec illo loquente
multi crediderunt in eum. Dice
bat ergo iheSus ad eos qui credi
derunt ei iudeis. Si vos pma
seritis in sermone meo vere disci
puli mei eritis. et cognoscetis ve
ritatem. et veritas liberabit vos. Re
sponderunt ergo ei iudei. Semen
abrahe sumus et nemini servi
mus unquam. Quomodo tu dicis. libe
ri eritis. Respondit eis iheSus eis
Amen amen dico vobis. qa omnis
qui facit peccatum servus est pcti
Servus autem non manet in domo
in eternum. filius autem manet in
eternum. Si ergo vos filius liba
verit. vere liberi eritis. Et cogno
scetis veritatem et veritas libabit vos.
Scio quia filii abrahe estis. sed quæ
ris me interficere quia sermo me
us non capit in vobis. Ego quod vidi
apud patrem meum loquor et vos
que vidistis apud patrem vestrum
facitis. Responderunt et dixerunt
ei. Pater noster abraham est. Dicit
eis iheSus. Si filii abrahe estis. opa
abrahe facite. Nunc autem queritis
me interficere hominem qui veritatem
locutus sum vobis quam audivi
a deo. Hoc abraham non fecit. Vos
facitis opa patris vestri. Dixerunt
ergo ei. Nos ex fornicatione non sumus
nati. Unum patrem habemus deum.
Dixit ergo eis iheSus. Si deus pater
vester esset diligeretis utique me. Ego
processi et venio ex deo. Nec enim a me
ipso venio. sed ille me misit. Quare
loquelam meam non cognoscitis.
quia non potestis audire sermonem
meum. Vos ex patre diabolo estis
et desideria patris vestri vultis fa
cere. Ille homicida erat a principio
et in veritate non stetit. quia non est
veritas in eo. Cum loquitur mendacium
ex propris loquitur. quia men
dax est et pater eius. Ego autem
qui veritatem dico vobis non credi
tis michi. Dicebat iheSus turbis
iudeorum et principibus sacerdo
tum. Quis ex vobis arguet me
de peccato. Si veritatem dico vobis
non creditis michi. Qui est ex deo
verba mea audit. propterea vos non
auditis quia ex deo non estis. Respon
derunt ergo iudei et dixerunt ei.
Nonne bene dicimus nos. quia sama